



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

9. An Constitutiones tam Pontificiae quam Caesareae, & vim & substantiam obligandi ex populi acceptatione accipiant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

chanicorum, statuta quidem intra suos fines condere possunt, sed à proprietate publicarū constitutionem deficiunt non-nihil, sicut & statuta domestica à Patrefamiliās posita. *L. 3. C. eod. de leg: Layman: lib: 1. Tract: 4. cap. 8. num: 6.*

9. Non paucorum sententia est vim & substantiam legis à populi acceptatione pendere, quòd ea tacita conditione leges ad populum ferri censeantur, si ab ipso fuerint acceptatæ; eoq; reclamante editæ, rarò in bonum communitatis cedere soleant. *Canonistæ pleriq; in cap. 1. de Tregua & pace Azor. tom: 1. lib. 5. cap. 4.* Conclusio verò nostra est, licet leges tam Pontificiæ, quàm Cæsareæ substantiam suam & intrinsicam vim subditos obligandi promulgatione acquirant, accidētaliter perfici & roborari per populi acceptationem & usum; ut patet ex vulgari. *leges constituuntur cum promulgantur, firmantur moribus cum utentium approbantur. Gratian: Can: in istis dist: 4.*

10. Ex quo consequentia ad praxim non inutilia inferuntur. Primo Episcopis præsertim Metropolitanis ex officio incum-

cum-